



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Via hominis quadruplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTO. 219

sequere uel eum per curtissimā viam
humilitatis . Idem per humilitatem **Bernar.**
ascende ad sublimitatem , quia hæc
est uia , & non est alia præter ipsam.
qui aliter uadit , cadit potius , quām
ascendit . Secunda uia , de utero
uirginis in mundum , & hæc fuit
paupertatis . Luc. Inuenietis eum **Luc. 2.**
pannis inuolutum & positum in præ-
sepio , &c. Cor. Cum diues esset pro
pter nos egenus factus est , &c. Ter-
tia, de mundo in crucem ; & hæc fuit
charitatis . Io. Maiorem charitatem
nemo habet , ut quis pro amicis ani-
mam suam ponat , &c. Augustinus. **2.Cor.8.**
Augus. O immensa pietas , o inæstimabilis
charitas , ut liberares seruum , filium
tradidisti . Gregorius . De his fru-
stra meliores uias querimus , quas **Grego.**
præcessit , si per eas non eamus .

Via hominis quadruplex.

Prima est naturæ , per quam ambu-
lat homo ad mortem . Job. Et se-
mitam per quam ambulem non re-
uertar &c. Et P. Augustinus Nil aliud
est tempus præsentis uitæ , quām cur-
sus ad mortem . Secunda uia est cul-
pæ , per quam homo ambulat de malo
in malum . Timothe. Mali autem **2.Tim.3**

T 3

etia CHRISTIANA

Ecc. 20. Homines , & seductores proficiunt in
peius . Ecclesiasticus . Fili ne adicias
peccatum super peccatum, &c. Tertia
est gratiae, per quam homo ambu-
Gene. 17 lat de bono in melius . Gene. Ambu-
la coram me , & esto perfectus , &c.
Psa. 83. Psal. Ibunt de uirtute in uirtutem , &c.
Quarta est gloriae, per quam ambu-
lant sancti , post Christum eundo.
Apoc. 3. Apoc. Ambulant mecum in albis, qui
digni sunt, &c.

*Verbum dei quinque bo-
na facit .*

Psa. 118 I Lluminat . Psal. Declaratio ser-
monum tuorum domine illuminat, &c. Pro . Mandatum lucem
Prô. 6. est, & lex lux , & c. Sanat. Sap. Non
Sap. 15. herba, non malagma sanavit eos, sed
sermo tuus domine qui sanat omnia.
Psa. 106 Psal. Misit uerbum suum et sanavit
Io. 15. eos . Mundat . Io. Iam mundi estis
Hier. 15 propter sermonem meum , &c. Leti-
ficit . Hier. Factum est uerbum domi-
ni in gaudium , & letitiam cordis
mei, &c. A morte aeterna liberat.
Io. 39. Io. Siquis sermonem meum
seruaueri, timorem non
uidebit in aeter-
num , &c..